

Universitätsbibliothek Paderborn

Unius Necessarii pars ...

Appendix Unius Necessarii, Summatim recolligens - firmiusque
constabiliens, explicatam in toto illo opere in deo vivendi rationem.
Copioso totius operis, &memorabilium in eo rerum indice ad calcem
adjecto ; Italice primo vulgatum [et] Latine nunc redditum

Rogacci, Benedetto

Pragae, 1721

Index Rerum Memorabilium, Quæ in toto Unius Necessarii opere, hoc est,
tribus ejus partibus, & Appendice, continentur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54520](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-54520)

INDEX

RERUM MEMORABILIUM, Quæ in toto Unius Necessarii opere, hoc est, tribus ejus par- tibus, & Appendice, con- tinentur.

*Ubi litera P. Partem, A. Appendicem,
c. caput, n. numerum, non quidem pagi-
narum, sed parsium, in quas singula ca-
pita dividuntur.*

A.

Abstinentiæ in victu certam regulam statui de-
bere, quæ nunquam prætereatur. A.c. 7. n. 5.
Acediæ torpor quomodo excuti debeat. A.c. 10. n. 6.
Vide etiam Tædium. Ignavia.

Actum bonorum stabilior, & crebrior exercitatio est,
cùm ex certa destinatione animi, quām cùm ex
mero habitu suscipitur, demptis quibusdam ex-
traordinariae virtutis hominibus, quorum actus
perfectiores sunt, quando cum minori animad-
versione fiunt, quique, ad rectè agendum, alienis
institutionibus, & hortamentis non egent. P. 3.
c. 16. n. 1. Vid. etiam, Opera honesta.

Adraſtus ultro se occidit, quod imprudens necem
intulisset sui hospitis filio. Idemque fecit miles

Rome.

INDEX

- Romanus, cùm cognovisset adversarium, quem occiderat, fratrem suum esse. P. 2. c. 27. n. 6.
- F. Aegidius, audiens nominari paradisum, exira sensus rapitur. P. 2. c. 5. n. 17.
- Aër, cur fere tranquillior meridie, & noctis medio. P. 2. c. 32. n. 8.
- Ærumnæ interiores servorum DEI, putat: tentationes, difficultates in orando, & recte agendo &c. num desiderari debeant, ad plus patiendum pro DEO. P. 3. c. 31. & 32.
- Æstimatio DEI super omnia fundamentum est totius Perfectionis. A. c. 2. n. 2. 3. & P. 2. c. 2. n. 4. Pauci illam habent practicam, & assidue præsentem. Ib. Modus eam concipiendi, & forendi. n. 5. 6. 7. Non solum DEUS estimari debet super omnia, verum etiam quæcunque ad DEUM pertinent, super omnia, quæ ad alios pertinent. c. 3. n. 1.
- Æternitas nostræ mentis captum excedit, quæque illius propria sit notio. P. 1. c. 14. n. 1. 2. 3. Non potest perfecta reperiri in ulla re creata. n. 19. Æternitas ex parte futuri temporis unde nobis videatur minùs captu difficilis, quam quæ præcessit. Ib. n. 12.
- Æternitas DEI exprimitur in sacris literis. Ib. n. 4. Demonstratur ratione. n. 5. 6. 7. Ethnicorum Sapientum testimoniis comprobatur. n. 8. Non ideo minus

R E R U M.

minus firmiter à nobis credenda est, quia illam nequimus percipere. n. 9. 10. 11. Quām sit mirabilis. n. 12. Quantum admirationis, & reverentiae DEO conciliet. n. 13. Quantum respectu illius crescat divinæ Essentiæ beatitudo, & perfectio. n. 14. 15. Quantum submissionis, & reverentiae erga DĒUM excitare in nostris mentibus debeat, si fluentem, ac brevissimum mortalis nostri ævi cursum cum ea comparemus. n. 20. 21. 22.

Affectus vehementes impellunt ad loquendum de suo objecto. p. 2. c. 20, n. 1. & loquendum incitatè, atque ardenter. n. 5. Pravi cognitionem DEI impediunt. p. 1. c. 6. n. 1. 2. & seq. Affectus erga res terrenas minuit amorem divinum. p. 3. c. 10. n. 5. 7. 8. 9. 11. 12. 13. & c. 18. n. 1. 2. 3. & c. Inquinat, perturbatque animum. c. 10. n. 10. Volenti perfectè DĒUM amare exturbandus omnino è corde est. n. 5. 6. 9. & A. c. 2. n. 4. 5. 6. & c. Non potest, quamdiu in terris vivimus, funditus extirpari. p. 3. c. 1. n. 8. c. 10. n. 14. c. 20. n. 6. 7. 8. c. 22. n. 9. Artes ad extinguendum eum utiles. c. 18. n. 8. Nascitur ab estimatione honorum præsentium, pérque eorundem contemptum extinguitur. c. 19. n. 1. Efficacior tamen ratio extinguendi illum est, operari semper contra ejus instinctum. c. 29. n. 2. 4. 9. 10. Ad hujusmodi rationem usurpandam nos impellit amor divinus.

T

n. 1.

INDEX

- n. 1. u. Eandem nobis Christus suâ doctrinâ, suóque exemplo commendavit. n. 2. 3. Absque tali ratione aboleri nequit. n. 6. 7. Vide etiam amor bonorum præsentium, & mortificatio. Agricola imperitus suas vites, putationis gratiâ, solo tenus succidit. p. 3. c. 32. n. 3. Agrippina Neronis Mater non renuit occidi, dummodo filius regnaret. p. 1. c. 23. n. 6. Alexander Macedo, quid responderit civitati Asiae dimidiam regionis suæ partem ipsi offerenti. p. 1. c. 3. n. 6. Non patitur, nisi à præstantissimis artificibus, sui imaginem exprimi. c. 12. n. 8. In donando, non, quid alios deceat accipere, sed quid se dare, intuetur. c. 23. n. 4. Amicitia existere, nisi inter æquales, nequit. p. 2. c. 4. n. 1. Quanti pretii bonum sit. n. 3. Efficit, ut amicus gaudeat de amico cogitare. c. 16. n. 5. & multò magis eum præsentem habere. c. 17. n. 1. ut de illo sâpe, & libenter loquatur. c. 20. n. 1. 4. ut de illius bonis lætetur, tanquam si sua essent. c. 25. n. 1. ut eadem illi optet, ac pro viribus conferat. c. 26. n. 1. ut ab eo redamari, & placere illi studeat. c. 30. n. 1. ut omnia cum eo communia habeat. c. 31. n. 1. ut eadem, quæ ille, nolit, ac velit. c. 32. n. 1. ut inimicos ejus oderit. p. 3. c. 10. n. 6. ut, quæ ad illum pertinent, & charilli sunt, amet. c. 13. n. 1. Memoranda amoris

R E R U M .

verga amicos exempla. p. 2. c. 27. n. 6. c. 31. n.
9. p. 3. c. 2. n. 5. & c. 5. n. 3.

Amicitia cum DÉO quantum nostram conditionem excedat. p. 2. c. 4. n. 1. 2. Quād humanis quibusvis amicitiis sit potior. n. 3. 4. 5. Neque illius pretium minuitur, quia commune est plurimis, & possibile omnibus bonum. n. 6. 7. Justus quisque illius æstimator debet tum in se, tum in aliis ante omnia seu fortunæ, seu naturæ ornamenta illam ponere. n. 8. 9. Debet præterea, si illius particeps sit, sensus, & mores ipsi consentaneos, hoc est, plus quam mortales, humanosque sumere. n. 10. nec non obstat pescere de tam exigua in plenisque hominum conservandæ illius cura. n. 11. ac certissimam demum voluntatem habere, nullo eam pacto amittendi. n. 12. Ejus jactura maiorem vim habet inhibendi à peccato, quam inferorum timor. Ibid.

Amor tantò est validior, quantò minus dividitur. p. 3. c. 10. n. 7. Nequit esse otiosus. p. 3. c. 1. n. 1. Indefessum in operando hominem reddit. p. 3. c. 1. n. 2. Non recusat labores, nec terretur periculis. p. 3. c. 1. n. 1. 2. 3. Ex eo alii omnes affectus, actusque hominis oriuntur. p. 2. c. 8. n. 1. 2. 3. 4. 5. Qualis ipse est, talem hominem reddit. n. 1. In quo propriè consistat, quatenus est affectus specialis ab aliis distinctus. n. 6. Est sim-

INDEX

plex, & liber, nec patiens regulis, & artificis
ad actus suos dirigi. p. 2. c. 18. n. 19. 20. Impellit ad cogitandum de re amata. c. 16. n. 5. & ad loquendum de eadem. c. 20. n. 1. 4. Potest concipi erga nunquam visos. p. 1. c. 29. n. 9. Majorem vim habet movendi animos, quam timor. p. 2. c. 28. n. 3. Debet esse ordinatus. p. 3. c. 2. n. 1. Cum est vehemens erga aliquid, abstractit mentem ab aliis objectis. p. 3. c. 10. n. 7. Dividitur in amorem amicitiae absolutae, gratitudinis, & concupiscentiae. p. 2. c. 7. n. 1. Item in estimativum, & sensibilem. p. 3. c. 3. n. 1. Amor unius rei impellit ad amanda omnia, quae ad illam pertinent, eique sunt affinia. p. 3. c. 12. n. 1. Amor DEI erga nos quam sit antiquus, & continuus. p. 1. c. 23. n. 2. Quam mirabilis in tolerantia nostrarum offensarum. c. 24. n. 7. 8. 9. Quam solitus de nostra salute. n. 14. Quantus plus estimationis mereatur tum respectu ipsius tantum Domini, & nullo indigentis, tum respectu nostrae indignitatis, n. 15. 16. 17. 18. Vide etiam DEUS. Beneficentia, & charitas DEI. Noster erga DEUM secundum diversas species: nempe alius amicitiae, alius concupiscentiae. p. 2. c. 7. n. 1. alius estimativus, alius sensibilis. p. 3. c. 3. n. 1. Alius abstractus ab omni specie creata, inque sola absoluta essentia DEI habens; & alius plura simul

R E R U M

mul alia cum ipso ipsius causâ respiciens. p. 3. c. 33. n. 6. & sequ. Amor noster erga DEUM secundum causas, quas habet tendendi in illum; cuiusmodi sunt primò incomparabilis ejus præstantia. p. 2. c. 7. n. 2. 3. Præterea ineffabilis charitas, & beneficentia erga nos. n. 4. 5. Demum quia ille est summum nostrum bonum, neque alterius cuiusquam boni amor potest æquè nos nobilitare, locupletare, & explere. n. 6. 7. 8. 9. Quantam vim habeat, ad integerrimum, flagrantissimumque amorem illius excitandum, concipere illum sub ratione infinitæ pulchritudinis. p. 1. c. 27. n. 6. c. 29. n. 13. & sequ. Amor erga DEUM, secundum utilitates, quas homini affert. Nam evehit ad altissimum decus vel abjectissima opera ex impulsu suo facta. p. 3. c. 17. n. 11. Efficacius nos impellit ad rectè agendum, quam nostri ipsorum amor. n. 9. Urget ad magna quæque efficienda. p. 3. c. 1. n. 3. 4. Vide etiam conjunctio cum DEO. Vita prorsus ex DEO. Amor erga DEUM, secundum suam vim, & mensuram debet esse validior quibusque aliis amori- bus. p. 3. c. 1. n. 5. 6. Debet præferre increatum suum objectum quibuscumque aliis. c. 2. n. 1. 2. adeò ut DEUM plùs amemus, quam quavis bona utilia. n. 3. 4. 5. plùs quam personas omnes nobis charas. n. 6. plùs etiam nobis met ipsis. n.

INDEX

7. 8. 9. 10. Neque sat est amare D E U M quomodo cunque plus nobis, sed plus summo cum excessu. c. 3. n. 2. 3. Tres gradus praedicti excessus. n. 4. 5. Quinam sit primus gradus. n. 6. 7. 8. Quinam secundus. c. 4. Quinam tertius, & supremus. c. 5. Amor erga D E U M secundum integratatem, & plenitudinem debet esse purus, & sine consortio amoris terreni. p. 3. c. 1. n. 7. c. 10. & u. n. 1. Quam conveniens sit, ut sedulam omnes amoritam perfectio operam demus. p. 3. c. 34. n. 9. 10. Amor erga DEUM secundum nonnullas suas proprietates. Non est contentus meritis affectibus, sed incitat ad facienda, & patienda fortia pro D E O. p. 3. c. 1. n. 1. 2. 3. 4. 5. Non excludit omnem methodum in exercitio orationis, & consuetudinis cum DEO. p. 2. c. 18. n. 19. 20. Impellit ad loquendum de D E O. 6. 20. n. 2. 3. &c. reddens in hoc faciendo eloquentes etiam idiotas. n. 12. Affert solatium animae ex memoria, sed & mero rem ex absentia D E I. c. 21. n. 1. Incitat ad desiderandam, & promovendam omni studio D E I gloriari. c. 26. n. 2. 3. Acerrimo dolore animam afficit, culparum causa, quibus eum offendit. c. 27. Excitat in anima sumnum peccati horrorem, atque odium. c. 28. n. 1. Efficacius retinet a peccando, quam inferorum timor. n. 2. 3. &c. Reddit hominem solitudo.

R E R U M.

citum vitandi omnem culpæ maculam, ut oculis
DEI gravior appareat. c. 30. Facit, ut idem
plenum sui, ac rerum suarum omnium DEO ar-
bitrium relinquat, & DEI vires viciissim tanquam
suas spectet: omnia se in illo posse existimans,
imò plus gaudens, ab eo subsidia in quoscunque u-
sus accipere, quam si ea per se haberet. c. 31. Fa-
cit, ut velimus, quidquid vult DEUS. c. 32. n. 1.
11. 12. 13. Quamvis sit principium sufficiens ad
proprios quosque suos actus per se exercendos;
novam tamen vim ad id accipit à consideratione,
& alienis hortatibus. c. 8. n. 7. 8. 9. & c. 16. n. 1.
Ad eum excitandum, fovendūmque plus confert,
familiariter, quam timide cum DEO agere. c. 9.
n. 5. In eo præcipue DEI famulatus consistit. n.
4. Ignotus ethnici Sapientibus fuit. p. 3. c. 2, n.
10. Debet esse non solum paratus ad exequendam
voluntatem DEI, ubiunque illa apparet, sed &
solicitus ad investigandam, dum latet. c. 6. n. 1.
2. 3. Impellit nos, ut amemus, illius causā, quas-
cunque personas ab eo amatas. c. 12. Non ad-
versatur legitimo hominis erga se ipsum, & vera
bona amori, imò hæc queri à nobis vult. c. 17. &
c. 33. Nonnunquam est major cognitione, ex
qua oritur. p. 1. c. 30. n. 5. Excellentior natura
est, cum unum tantummodo DEUM, quam cum
aliquid simul creatum intuetur. p. 3. c. 11. n. 9.

INDEX

10. &c. 33. n. 8. Non potest tamen in terris,
nec, si posset, deberet, ita semper à creato omni
specie avulsus in DEO uno continenter hærere, c.
33. n. 6. 7. 8. 9.
Amor Cælitum erga DEUM quām sit perfectus. p. 1.
c. 29. n. 7. 8.
Amor bonorum præsentium sīnē ullo DEI respectu spe-
cies quædam idolatriæ est. p. 3. c. 10. n. 4. Vide
etiam, Affectus erga res terrenas. Amor verum
creatarum DEI causā non adversatur amori di-
vino, neque animam deprimit. p. 3. c. 11. n. 1,
2. 3. Modus referendi earum amorem ad DEUM.
n. 4. 5. 6. 7. Facile evenit, ut videantur amari
propter DEUM, & tamen propter se amentur.
n. 8. Aliquando amare illas propter DEUM per-
fectior, majorisque meriti actus est, quām Deum
unum amare. n. 2. 10. Ut purè propter Deum
amentur, conductit multū morari, quām diutis-
sime fas est, in absoluto unius DEI amore. n. 9.
10. &c. 33. n. 8. 9. Amor erga proximos se-
quitur necessariò ex amore erga DEUM. p. 3. c.
13. n. 1. 2. &c. Perfecta ejus praxis. n. 7. 8. &c.
Debet esse supernaturalis, & omnes ad unum ho-
mines etiam immerentes complecti. n. 14. 16.
Utilissimus ad obtainenda quævis DEI dona. n. 5.
memoranda ejus exempla. c. 14. Amor erga ini-
micos propriū est charitatis divinæ actus. p. 3. c.
15.

R E R U M .

15. n. 1. *Imò inter illius actus maximè excellens.* n. 4. *Per eum DEO similes, ejusque filii evadimus.* n. 3. *Varia inimicorum genera, quæ complectenda illo sunt.* n. 5. *Quàm ardens esse debeat.* n. 6. *Quantum incitamenti ad eum nobis suggerat amor Christi erga suos hostes, & desiderium, ut se in eo imitemur.* n. 7. 8. 15. *Artes, quæ usui esse possunt ad eum placidum, hilaremque conservandum in quovis offendarum genere.* n. 9. 10. &c. *Exempla perfectæ mansuetudinis, & charitatis in quibuslibet tolerandis injuriis, imò etiam in bene merendo de earum auctoribus.* c. 16. &c. 15. n. 14. *Amor erga nos ipsos naturæ lege nobis præscribitur, ideoque justissimus.* p. 3. c. 17. n. 1. *dummodo sit rectus.* n. 2. *In quo consistat illius rectitudo.* n. 3. *Modus eo rite utendi erga corpus.* n. 4. & sequ. usque ad 15. & erga animam. n. 15. 16. 17. *Non est præter rationem, sed huic maximè congruens, amare se DEI potius, quàm sui gratiâ.* n. 16. *Amor nostri ipsorum non est prima amandi regula, sed amor erga DEUM.* c. 2. n. 8. 9. *Amor proprius est amor nostri, sed perversus, & divino amori contrarius.* p. 3. c. 17. n. 2. c. 18. n. 1. 2. 7. &c. 31. n. 10. *Videri nobis facit meliora, quæ jucundiora sunt.* c. 6. n. 7. c. 7. n. 5. *Amor naturalis erga proprium corpus nunquam extingui*

INDEX

- penitus potest, p. 3. c. 22. n. 9. Amor naturalis
vehemens erga particularem quampiam perso-
nam noxius animæ est. A. c. 4. n. 3. Amor alio-
rum erga nos cur nobis placeat. p. 3. c. 28. n. 2.
Nocet animæ illi adhævere. n. 8. 9. Vitandus
ex amore DEI est. Ib. & c. 29. n. 17. Modus eum
declinandi. c. 29. n. 18. & A. c. 4. n. 4. Amor
DEI, & amor mundi invicem sibi adversantur,
neque possunt simul in eodem corde copulari. p. 3.
c. 10. n. 5.
- Anacreon restituit Polycrati talentum auri ab eo sibi
donatum, quia præ importunis illius curis dormire
nequivit. p. 3. c. 19. n. 3.
- Anaxagoras profitetur, cæli contemplandi causā
natum se esse. p. 1. c. 3. n. 4.
- B. Angela de Fulginio, quantum solatii, & oblecta-
menti caperet ex consideratione judiciorum DEI.
p. 2. c. 12. n. 18.
- Angelorum innumerabilis multitudo. p. 1. c. 21. n. 4.
- Anomæi hæretici perfectam D E I comprehensio-
nem sibi arrogabant. p. 1. c. 16. n. 3.
- Antiochus Rex a gravi morbo coactus de sua conditi-
one humilius sentire. p. 1. c. 22. n. 20. Nimit
ejus tristitia, de eventu suis votis contrario. p. 3.
c. 19. n. 9.
- Antiquitas pretium, & venerationem rebus conciliat.
p. 1. c. 14. n. 13.

D. An^o

R E R U M .

D. Antonius Abbas rerum universitatem Bibliothecæ
locū habet. p. 1. c. 10. n. 1.

Antonius Panormitanus, quo paclō virtutem lucidio-
rem sole esse, rusticano homini demonstrārit. p. 1.
c. 27. n. 18.

D. Antonius Patavinus peculiaris reverentiae signa ho-
mini nefario exhibet, eò quod divinitus cognorif-
set, eum aliquando Martyrem fore. p. 3. c. 27.
n. 6.

Aristotelis dictum de interrogante, cur pulchra dele-
ctant? p. 1. c. 27. n. 5.

Aspis, quām se gratam suo nutritio exhibuerit. p. 2.
c. 7. n. 4.

Assuetudo sensim familiaria, & innocua homini redi-
dit, quæ prius experiebatur molesta. p. 3. c. 23.
n. 5. Vide etiam habitus.

Athei pejores ipsomet cacodæmone. p. 1. c. 13. n. 10.
Athenienses proponebant filiis diversarum instrumen-
ta arium, cognituri, ad quam earum peculiari
naturæ instinctu ferrentur. p. 2. c. 15. n. 5.

Atomii. Vide, Universum.

B.

S. Basilius flammeam visus linguam in ore habere. p.
2. c. 20. n. 5. Minus animo afficitur erga hono-
rem Pontificiæ suæ dignitatis, quām Eremita, à
quo

INDEX

*quo despectus fuerat, erga tugurii sui felem. p. 3,
c. 20. n. 5.*

*Beatitudo infinita, qua D E U S fruitur in se ipso,
quantum gaudii afferat animæ ipsum amanti. p.
2. c. 25. n. 2. Modus, quo uti debemus, ad ex-
citandum in nobis id gaudium. n. 3. 4. 5. 6. 7.
Quàm conveniens sit illo affici. n. 8. 9.*

*Beatitudo cœlestis. Vide, visio D E I. Gaudium beato-
rum Cœlitum.*

*Beneficentia D E I erga nos. p. 1. c. 23. Longissima,
quia secundum voluntatem æterna, principiique
expers, neque ullo dein tempore intermissa. n. 2.
Latissima insuper, quia innumera omnis generis
bona complectens. n. 3. Qualia sunt primò no-
strum esse, ab eo potius, quàm à terrenis parenti-
bus nobis collatum. n. 4. & collatum, præferen-
do nos infinitis aliis hominibus, quos nostri loci
potuisset creare. n. 5. idque, licet tunc prospice-
ret, quàm ingratæ suæ munificentiæ essemus futu-
ri n. 6. Quod munus toties iterum largiri nobis
pergit, quot momenta sunt temporis, quibus nos
conservat. n. 7. opem quoque interim præsenti
virtute sua nobis ferens, ad quosunque actus no-
stros vitales. n. 8. Quia præter nostrum esse to-
tam item nobis hanc rerum sensibilium universi-
tatem donavit. n. 9. 10. 11. Neque his conten-
tus, eam mundum providentiæ disponit, ut cæteri
qui-*

R E R U M .

qui que homines , quanquam n̄l de nobis cogitan-
tes , nostris usibus serviant . n. 12. Imò ipsi simet
Angelus nostri , & rerum nostrarum custodiam
demandavit . n. 13. Neque his beneficiis quid-
quam pretii decedit , quia humano generi uni-
verso sunt communia . n. 14. 15. 16. 17. 18. 19.
Sublimitas porrò hujus beneficentie elucet in su-
pernaturalibus donis , quibus jam dicta cumulavit :
ad excelsissimam suorum amicorum , filiorum ,
atque heredum sortem nos elevans . c. 24. n. 1. 2.
3. Neque hujusmodi munerum pretium minui-
tur , ratione exigui illius meriti , quod ad ea con-
sequenda à nobis exigitur . n. 4. 5. Profundissi-
ma denique eadem apparet , ratione tum intimi
amoris , quo DEUS curavit , ut prædicta obtine-
remus sua munera , tum miræ humilitatis , ad
quam sese demisit . n. 6. Nam ingratissime of-
fensus ab hominibus incredibili clemencia illos tole-
rat . n. 7. 8. Imò occasionem hinc sumit suæ erga
illos benignitatis augendæ : pro illorum reparan-
da salute carnem sumens , acerbissimæque morti
se offerens . n. 9. 10. Adde hoc , quod culpas eo-
rum omnes , nullo certo numero præfinito , se con-
donaturum promiserit . n. 11. quodque pro hujusmo-
di condonatione nihil aliud , nisi eorum pæniten-
tiam requirat . n. 12. & quod præter criminum
remissionem reos in pristinam , imò etiam ardiores
se-

INDEX

secum amicitiam restituat. n. 13. Néve illi ab-
nuant prædicta benignitate sua uti amantissimas
mille artes, industriaſque adhibet, quasi non de
hominis, sed de sua utilitate ageretur. n. 14.
Quanto pretii pondere singula hæc beneficia cumu-
lentur, ſpectata tum illius à quo dantur, magni-
tudine, tum nostri, quibus dantur, indignitate.
n. 15. 16. 17. 18. quāmque eximium grati animi
ſensum à nobis efflagitent. n. 19. & p. 2. 6. 7. n. 5.
V. DEUS, prout erga nos est.

Beneficia & à feris grati animi vicem extorquent. p.
1. c. 23. n. 1. & p. 2. c. 7. n. 4. Plus pretii du-
cunt ex dignitate ſui authoris. p. 1. c. 24. n. 15.
Minus obligant, ſi propriæ utilitatis respectu fiant.
c. 25. n. 2. 5. Non ſemper minus estimationis
merentur, quia multis ſunt communia. c. 23. n.
16. Fiunt nobis à DEO ex puro nostri amore,
& ſinè ullo propriæ utilitatis respectu. p. 1. c. 24.
n. 16. & c. 25. n. 4. 5. 6. 7.

Bonum non potest acquiri, niſi per exclusionem ma-
li. p. 3. c. 10. n. 11. 12. 13. Bonum, generatim,
& ſinè ulla addita differentia, unum eſt ex nomi-
nibus DEI maxime propriis. p. 1. c. 14. n. 18.
Bona vitæ præsentis contemni potius, quam am-
ari, & in pretio haberimur. p. 3. c. 19. De-
bemus iis uti, quando ſunt neceſſaria, ſed ſinè af-
fectu, & adhæſione animi. p. 3. c. 17. n. 9. & 14.

v.

R E R U M .

V. Affectus erga re terrenas. Bonà singula, quibus utimur, cum expresso, & peculiari amore à D E O nobis jugiter suppeditantur. p. 1. c. 23. n. 18.

Brachmanæ docebant, tunc verè, propriéque hominem nasci, cùm moritur. p. 2. c. 22. n. 11.

C.

Camelus, abnuens, dimidia sarcinæ parte bovem allevare, totam cogitur eo mortuo subire. p. 3. c. 17. n. 6.

Canes venatici in locis odoriferis indagare, & per se qui feras nesciunt. p. 1. c. 10. n. 6.

Carthaginenses Græcam linguam disci à suis civibus retant, cùm eā scriptas deprehendissent proditio- ni contra suam Rempublicam literas, p. 2. c. 29. n. 9.

Casus. V. Universum.

B. Catharina Genuensis incredibile existimat, reperi- riri hominem, qui deliberate, sciens, volensque DEUM offendat. p. 2. c. 28. n. 1. Quàm gene- rosa, & prompta animo in divino famulatu fuerit. p. 3. c. 1. n. 11. & c. 22. n. 3.

Causa movens ad operandum. V. Ratio formalis ope- randi.

Certitudo moralis divinæ in se gratiæ potest haberi à spi-

INDEX

- spiritualibus viris. p. 2. c. 11. n. 8. 9. 10. &c.*
Charitas. *V. Amor.*
Christus omnium nobis bonorum fons est. *p. 3. c. 12. n. 7.* *Ab omnibus, qui DEUM amant, summo-
pere amari, & coli debet. n. 2 3. 4. 8.* *Hujus
tamen amoris, & cultus causas satius erit à DEO
sumere, non timendo, né ipse propterea offendat-
tur. n. 5. 6. 8.* *Quod ipse ultro elegerit, tædio, &
mærore affici, non satis causæ nobis præbet, cur
similiter affici in DEI famulatu velimus. c. 32. n.
8.* *Quonam pacto venerandus nobis in Eucharistia
sit. A. c. 10. n. 11. 12. 13.*
Cives Romani quām tuti ubique essent. *p. 2. c. 3. n. 7.*
Cleanthes non impeditur ab extrema paupertate, né
sedulam Philosophiæ operam nayet. *p. 1. c. 3. n. 8.*
Cælites, quo pacto colendi à nobis sint. *p. 3. c. 12.
n. 11.*
Cogitandi de quibusvis objectis libertas quantum no-
ceat. *p. 3. c. 25. n. 3. 4. 5. 15. &c. 19. n. 10.* *Quo
pacto refrænanda sit. c. 25. n. 14.* *Cogitationes
rerum futurarum rejiciendæ. Ibid.* *Itemque o-
mnes supervacuæ, & profanæ. A. c. 2. n. 11. 12.*
Cognitio DEI quantum nobilitet mentem. *p. 1. c. 2.
n. 1. 2.* *Quām miras veritates continet. n. 3.*
Quām propriè homini conveniat. n. 4. *Quām
eximios fructus animæ pariat, quibusque obnoxio-
us malis sit, qui eā caret. n. 5. & sequ. &c. 3.
n. 3.*

R E R U M.

n. 3. 4. 5. Illius negligentia D E O admodum
injuriosa, & hominibus noxia. c. 3. n. 1. 2. 3. 4.
5. Debemus toto pectore ad illam incumbe, &
terrenis quibusque occupationibus illius studium
præferre. n. 6. Juxta exemplum, quod Sancti
nobis reliquere. n. 7. imò quod vel ipsi relique-
runt ethnici Sapientes, sua in profanis scientiis
addiscendis contentione. n. 8. Neque suam in
eius studio segnitiem excusare quisquam potest,
jactando, DEUM à se jam satis cognosci. Omnis
quippe circa Deum nostra cognitio maximè exigua
est, ampliorque semper fieri, & amplior potest.
n. 9. Nec est, cur terreamur scientiæ hr̄jus ni-
mia altitudine; nullum siquidem & a ingenii a-
cumen requirit. c. 4. n. 1. Sed & ab hebetissimo
quoque potest parari. n. 2. 3. prout demonstrant
exempla complurium, qui tardi ceteroqui, &
rudes exercitatisimis, acutissimisque Doctoribus
in ea præstitere. n. 4. & c. 30. n. 4. 5. 6. 7.
Tria illi consequendæ sunt necessaria. c. 4. n. 5,
nempe humilis oratio. c. 5. Cordis puritas. c. 6.
& sedula consideratio. c. 7. DEUS illam lar-
gitur non superbis, & curiosis, sed piis, & hu-
milibus. c. 5. n. 5. 6. 30, n. 7. Impedimento
illi sunt affectus pravi. c. 6. n. 1. usque ad 8. Et
nimium studium circa doctrinas subtiliores, ac
merè theoricas. p. 3. c. 25. n. 6. 8. Meretur

U

quo-

INDEX

quovis labore emi. p. 1. c. 6. n. 10. & quibus-
cunque aliis scientiis præferri. c. 2. Rerum
terrenarum contemptum parit. p. 1. c. 2. n.
6. Necessaria est ad amorem divinum. n. 7.
&, nisi ad eum dirigatur, nihil utilitatis
homini affert. p. 2. c. 1. n. 1. 2. Quibus conser-
vari artibus possit. & debeat ab homine, qui ali-
quem jam progressum in ea fecerit. p. 1. c. 30. n. 9.
Colloquia cum hominibus. V. Conversatio. Sermo.
Loqui.

Conformatas cum volantate divina, curæ in primis
debet esse hominibus valetudinariis, neque sat
idoneis ad alia opera bona exercenda. A. c. 6.
n. 6. Incitamenta ad eam. p. 2. c. 32. Nimi-
rum quod DEUS plenissimum super creatæ omnia
dominii jus habeat. n. 2. quod nihil ejus volun-
tate est sapientius, & rectius. n. 3. quod omnia
ad majus nostrum bonum dirigat. n. 4. 5. quod
ærumnas ab eo decretas invito animo excipientes,
non idcirco eas evadamus, sed solum graviores
reddamus. n. 6. contrâ verò iis acquiescentes per-
petuam, & jucundissimam pacem consequimur.
n. 7. & 8. meremur, ut ipse pariter nostris faci-
lēt votis se præbeat. n. 9. planoque, & suavi itine-
re ad eximiae sanctitatis metam pertingimus. n. 10.
Praxis porrò illius est, ut primò persuasum genera-
tim

R E R U M.

rim habeamus. quidquid in mundo evenit, voluntatem DEI esse. p. 2. c. 33. n. 1. usque ad 7. Deinde, si quidpiam tale acciderit, generale illud principium agnoscamus. n. 7. 8. ac demum plenissimo cum assensu nostram voluntatem accommodemus divinæ. n. 9. 10. Jam vero materia illius sunt, excepto peccato formali, omnes evenitus, seu adversi, seu prosperi. n. 11. seu præteriti, præsentesque, seu futuri. n. 12. Et sive ad nos, sive ad quoscunque alios pertineant. n. 13. cum nequeat non rectissimum, & omnium approbatione dignum censeri, quidquid DEO placuerit. n. 14. Falsum autem est conformitatem hujusmodi circa proximorum calamitates etiam publicas, repugnare virtuti misericordiæ, & charitatis. c. 34. n. 1. 2. 3. præsertim cum libenter de manu DEI accipere quodvis malum, seu propriam, seu alienum, non excludat voluntatem, & conatum, illud idem propulsandi in tempus futurum. n. 2. Unde etiam neque idem facere circa nostras spirituales miseras repugnat ardenterissimo etiam perfectionis studio. n. 4. 5. 6. Num pertinere ad ejus materiam possit, ac debeat aeterna nostra damnatio. n. 7. & sequ.

Coniunctio cum DEO, quanto est major, tanto perfectiorem, ac beatum magis hominem reddit. A.

U 2

c. 1.

INDEX

c. i. n. 1. Mirum, tam paucos illi studere. n. 2.
& 3. Neque satis excusantur, quia nulla eam
quærendi sit obligatio, & necessitas. Non enim
hinc stimulis opus est, ubi agitur de ingenti bono.
n. 4. 5. Præterquam quod studium conjunctio-
nis cum DEO ad plura, & graviora mala evitan-
da necessarium homini sit. n. 6. 7. Neque item
est, cur obtendant rei difficultates: tum quia nul-
lum est boni genus, quod difficultatibus suis ca-
reat. n. 8. 9. tum quia illæ non adeò graves sunt,
quam inexpertis videntur. n. 10. 11. & c. 10. n.
15. tum denique, quia satis, supérque compen-
santur amplissimo, & præsenti suo fructu c. 1.
n. 12. 13. Unde concluditur, incumbendum
cuique esse ad conjunctionis tam beatæ studium.
n. 14. 15.

Conservatio rerum non minus virtutis requirit in
causa, quam earum prima productio. p. 1. c. 22.
n. 12. Necessaria est asiduæ rebus creatis, ne
esse desinant. Ibid.

Consideratio DEI necessaria est ad illius cognitionem.
p. 1. c. 7. n. 1. 2. 3. 4. Quantò est intensior,
enixiòrque, tanto plus de objecto suo assequitur.
n. 5. 6. 7. Duplex est, alia immediata, quæ De-
um in se ipso intuetur; alia mediata, quæ in suis e-
undem vestigat operibus, eque rerū creatarū aspectu
ad

R E R U M.

ad illius perfectiones conscendit. n. 8. *Quomodo*
hæc posterior usurpetur. c. 8. 9. 10. & 11.
Prior tamen consideratio divinas perfectiones me-
lius assequitur. c. 12. n. 1. 2. Ea vero inniti
potius debet fidei, quam rationi humanæ. n. 9.
neque perfectiones divinas debet concipere, quales
in creatis rebus cernuntur, sed modo prorsus di-
verso. n. 10. 11. negando illas scilicet, unaque
affirmando. n. 12. 13. 14. neque refugere quis-
quam debet hoc considerationis genus inscitiae, &
tarditatis suæ causâ. c. 30. n. 2. Nam profe-
ctus in eo non tam ab ingenio, quam à puritate a-
nimi, & peculiari auxilio DEI pendet, major-
que sæpe est in mulierculis, & hominibus idiotis,
quam in primariis Theologis. n. 3. 4. 5. 6. 7. &
c. 4. n. 4. Consideratio DEI secundum absolu-
tum, & merum suum esse: num, & quomodo præ-
ferenda illis sit, quæ simul cum ipso alias quoque
res ad ipsum spectantes intuetur. p. 3. c. 11. n. 9.
10, & c. 33. n. 6. 7. 8. 9. Consideratio, & co-
gnitio DEI negativa quo pacto intelligenda sit. p.
3. c. 12. n. 12. 13. 14.

Consolations spirituales, charæ communiter, & in
pretio viris sanctis fuere. p. 3. c. 32. n. 9. Plu-
rium generum sunt. aliæ majoris, minoris aliæ
momenti. c. 31. n. 17. Possunt ex divini amoris
impulso earum aliquæ repudiari ob damna, quæ

INDEX

indè provenire queunt. n. 14. Verùm amari etiam, atque expeti ob emolumenta, quæ afferunt. n. 15. 16. 17. & c. 31. n. 9. Cautio circa eas adhibenda, nè absint. c. 31. n. 18.

Constantia in rectè propositis quo pacto servanda. A. c. 10. n. 7.

Consuetudo familiaris cum D E O. V. Familiaritas cum D E O.

Conversatio familiaris cum hominibus sèpe animi puritatem minuit. A. c. 4. n. 2. 14. Quàm parsca, & circumspecta esse debeat. n. 16. Vitan-
da est, cum hominibus palam improbis, & spiri-
tualium sermonum nauseâ laborantibus. p. 2. c.
20. n. 16. V. etiam Sermo. Loqui.

Coriolanus nihil habet in victoriis suis gratius, quam
lætitiam indè matri provenientem. p. 3. c. 17. n.
16.

Corpus neque nimis indulgenter, neque justo severi-
us tractandum. p. 3. c. 17. n. 4. §. 6. Submi-
nistranda ei sunt necessaria, sed absque solicitu-
dine, neque ex illius, sed ex Dei tantùm amore, &
ità, ut in eo curando ad parsimoniam potius pro-
pendeat, quàm ad nimietatem. n. 7. usque ad 15.
Ab eo verè amatur, à quo rationi subjicitur. n. 14.
Nimia adversùs ipsum durities gravia parit spi-
rituali homini incommoda. n. 5. 6. & c. 23. n.
2. 3. & c. 6. n. 8. 9. & c. Sæpe meliori ejus va-
le-

R E R U M

letardine utitur, qui minùs delicate, & scrupulose illud curat. c. 23. n. 2. Socius animæ est, sed tam molestus, ut non appareat, cur dolendum huic sit, ab eo separari. p. 2. c. 22. n. 9. V. etiam Mortificatio corporis. Corpus humanum quām mirabile artificium in structura sua exhibeat. p. 1. c. 20. n. 15. Maximæ inter cætera quævis corpora pulchritudinis capax. c. 27. n. 7. Corpora beatorum Cælitum, quām mira pulchritudine excellant. p. 1. c. 29. n. 3.

Creaturæ, imperfectionis sua causâ, nihilum potius appellari merentur, quām entia, præsertim coram DEO. p. 1. c. 15. n. 17. & c. 18. n. 12. 13. Quām misera, & vilis earum conditio sit, quatenus nihil agere per se ipsas, & suis tantum viribus possunt. p. 3. c. 27. n. 3. Sensu carentes, quo-cunque licet extraordinario, ac supernaturali modo DEUS iis uti velit; nequaquam violenter, sed promptissimè, atque ex naturæ instinctu illi obsequuntur. p. 1. c. 22. n. 4. 5. Creaturæ sensibles ducunt nos sua specie in cognitionem DEI. p. 1. c. 8. n. 1. 2. 4. 5. & c. 30. n. 8. Non debemus in ipsis hærere, sed per ipsas ad DEUM eniti. c. 8. n. 3. c. 9. n. 1. c. 10. n. 1. 6. c. 11. n. 8. 9. Non tamen per eas possumus, nisi imperfectè, infinitam DEI essentiam cognoscere. c. 12. n. 1. Cupiditates. V. Affectus.

INDEX

Curiositas à natura homini insita, personas famâ celebres coram videndi. p. 1. c. 1. n. 4. *Et ad rerum arcanarum notitiam perveniendi.* Ibid. & n. 5. *Curiositas, inutilia vestigandi, & sciendi, contraria admodum spirituali profectui est.* p. 3. c. 25. n. 1. 6. 7. 8. *Modus eam reprimendi.* n. 9. 10. 11. 12. 13.

Cyrus Rex, impatiens ab ullo suorum officiis superari. p. 2. c. 3. n. 9. *Quantum amaretur à subditis.* p. 3. c. 5. n. 3. *Quomodo suos milites ad vini abstinentiam assuefecerit.* c. 23. n. 5.

D.

Dæmonis technæ, quibus utitur, ad animas sub boni specie in fraudem inducendas. p. 3. c. 6. n. 6.

Darius Rex Persarum ter diebus singulis revocari sibi in memoriam curat Athenienses, à quibus læsus fuerat. p. 2. c. 29. n. 2.

Delectatio. V. Lætitia.

Demetrius Philosophus contemptim, & ridens magnam vim auri respuit. p. 2. c. 4. n. 12.

Demosthenes singit se haud credere homini, injuste se læsum, frigidè querenti. p. 2. c. 20. n. 5.

Desideria, operandi pro D E O ultra vires, effectu, atque indicia sunt magni amoris. p. 3. c. 1. n. 8. 9. & sequ. c. 9. n. 1. 7. *Quām sint justa, &* con-

R E R U M .

convenientia. c. 9. n. 6. Quām utilia, ut, quæ fieri possunt, faciliūs, promptiusque fiant. n. 2. Non carent suo merito, quāmvis desit ea exequendi facultas. n. 3. 4. 5. Varii gradus excellentiūm operum, ad quæ possunt collimare. n. 9. 10. Ridendus tamen foret, qui se in iis exerceret, necessaria interim, & minora, quæ patrare potest, per socordiam omittens. n. 8.

Desolations, aridatessque animi non minuunt perfectam charitatem in sanctis viris. p. 3. c. 31. n. 2. c. 32. n. 5. Num ex divini amoris instinctu desiderandæ sint. c. 31. & 32.

Desperatio ob commissum grave crimen, qua arte vi-ctasit à veteri Monacho. p. 2. c. 21. n. 16.

DEUS, prout est in se ipso: ens necessarium, & per se existens. p. 1. c. 13. Æternum. c. 14. Absolūtē infinitum. c. 15. Incomprehensibile. c. 16. Immutabile. c. 17. Id quod est. c. 18. Immensum. c. 19. Infinitē sapiens. c. 20. Omnipotens. c. 21. Omnibus dominans. c. 32. Summæ bonitatis. c. 23. 24. 25. 26. Infinitæ pulchritudinis. c. 28. & 29. Respectu nostri intellectūs meretur & stimari super omnia, imò ut nihil coram ipso & stimemus. p. 2. c. 2. Inter omnia nostra mentis objecta est nobilissimum, admirabilissimum, maximè ad nos pertinens, & scitu utile. p. 1. c. 2. Quantū mereatur, ut omni studio cognitionem

INDEX

illius perquiramus. c. 3. Potest à nobis totus cognosci, sed non plenè etiam comprehendendi. c. 3. n. 9. c. 16. n. 1. 2. 3. Idque fassi sunt ipsi Sapientes profani. c. 16. n. 5. Et confirmarunt suis circa ejus nataram erroribus. n. 6. Rationes, quibus demonstratur nostra hæc ipsum perfectè cognoscendi impotentia. n. 7. & præsertim, quia est ens remotissimum à materia, omnino singulare, & usquequaque infinitum. n. 8. 9. 10. Unde oriri in nobis debet altissima illius admiratio, humilius confessio nostræ circa ipsum inscitæ, & tranquillissima ipsius mysteriorum fides, utpote quod nil mirum, & insolens sit, non posse à nobis intelligi. n. 16. 17. 18. 21. At non etiam tristitia de hac nostræ mentis imbecillitate. n. 15. aut studii circa ejus scientiam remissio. n. 14. 18. & c. 2. n. 3. Circa illum vix scientia Angeli excedit scientiam rustici. c. 16. n. 16. 17. 18. Nemo illum melius cognoscit, quam qui se ignorare cum fatur. n. 16. & c. 3. n. 9. & c. 30. n. 2. Melius negando, quam affirmando cognoscitur. c. 16. n. 8. Non tamen ita, ut negatio sine ulla prorsus vel confusa affirmatione sit. c. 12. n. 12. 13. 14. In quo consistat clarius unius, quam alterius circa ipsum, & illius perfectionem cognitio. c. 16. n. 13. Non debemus illius sensus, affectus, & mores ad exemplar nostrorum concipere. p. 2. c. 10. n. 1.

Opti-

R E R U M .

Optima ratio eum contemplandi , & cognoscendi est , si concipiatur , ut ipsum esse , & ipsum bonum à particulari quavis differentia abstractum . p. 1. c. 15. n. 21. Altera abstrahendi ratio , qua uti possumus , ad eximiam illius speciem in mente formandam . n. 22. V. Cognitio DEI. DEUS respectu nostræ locutionis excedit omnia , quæ dici de eo possunt . p. 1. c. 12. n. 3. 15. Nihilominus loquendum nobis de eo est . n. 5. Tum quia hic præcipuus est linguae nostræ usus . n. 4. Tum quia loquentis infantia suppletur hic immensitate materiae . n. 6. tum quia nemo indignari potest , quod de objecto penitus ineffabili minus splendide differatur : cum contrà demissus , & vulgaris sermo aptior sit , quam exaggeratus , & sublimis ad indicandam omni superiori eloquentia ipsius magnitudinem . n. 7. Neque ipse offenditur , quod rudes , & indiserti se laudent : imò ab omnibus universè id officiū exigit . n. 8. Nullis nostris nominibus dignè exprimi potest . c. 15. n. 16. Omnia de illo affirmari simul , & negari possunt . Ibid. V. Nomen DEI. Respectu nostræ voluntatis meretur à nobis summam venerationem . p. 2. c. 6. itemque summum amorem . c. 7. Omne nostrum bonum in amica cum ipso conjunctione possum est . A. c. 1. n. 1. p. 2. c. 19. n. 5. V. Reverentia DEI. Amor erga DEUM. Conjunctio cum

INDEX

cum DEO. Ratio formalis operandi. Prout nobis se exhibet, propensior est ad misericordiam, quam ad severitatem. p. 1. c. 26. n. 2. p. 2. c. 10. n. 4. 5. 6. Cupidissimus, sua nobis bona impertiendi. p. 1. c. 5. n. 8. 10. & c. 25. n. 16. 20. Quantò sit melior quibusunque aliis Dominis. p. 2. c. 3. n. 8. Non agit nobiscum pro conditionis suæ Majestate, sed ad intimas quasque amoris communicationes descendit. p. 2. c. 9. n. 2. 3. c. 10. n. 2. Punit improbos sine ulla perturbatione iracundiæ. p. 1. c. 17. n. 15. p. 2. c. 10. n. 3. Ex nullo culparum venialium numero suam cum homine amicitiam minuit. p. 2. c. 10. n. 7. Post remissionem vel gravissimorum criminum ita nos amat, & nobiscum agit, ac si nunquam Iesus a nobis fuisset. p. 1. c. 24. n. 13. p. 2. c. 10. n. 9. Facile nobis reddidit aeternæ salutis negotium. p. 2. c. 12. n. 17.

Difficultas in bene operando, quando augeat, & quando minuat meritum. p. 3. c. 32. n. 1. c. 24. n. 7.

Diffidentia sui ipsius necessaria ad spiritualem profectum. p. 2. c. 29. n. 3. 4. 5. 6. A. c. 10. n. 9.

Diogenes negligit sepulturam sui cadaveris. p. 2. c. 22. n. 10. Erubescit, quod alter quispiam se pauperior sit. p. 3. c. 21. n. 13.

Divitiae in mera specie, & superfluitate consistunt. p. 3. c. 19. n. 2. Caris, & molestiis scatent. n. 3.

R E R U M .

Vitia sovent, & Christianæ perfectioni obſunt. c. 21. n. 1. 2. 3. Difficillimum eas possidere ſinè adhæſione animi. Ibid. Vel ethnici Sapientes contemnendas, & repudiandas duxerunt. n. 2.

Dolor de peccatis, quam vebemens in anima Deum amante eſſe debeat. p. 2. c. 27. n. 1. uſque ad 10. Memoranda ejus exempla in quibusdam DEI ſer- vis. n. 8. Formula eum exprimendi. n. 10. Non tamen debeat eſſe immoderatus, quantum ad vim ſenſibilem, & nimiam affiduitatem, nè noceat. c. 13. n. 11. & c. 15. n. 14.

Dominium duplex, aliud Jurisdictionis, aliud Proprietatis. p. 1. c. 22. n. 2. Naturæ lege conve- nit excellentiori, quantum ad eſſe, ſuper inferio- rem. n. 8. Sapientia ſemper illud obtinet ſuper indoctiorem. Ibid. Potentia, ipſi tantum inni- xa, cùm omnino externa ſit, non multum pretiū meretur. In maxima tamen aſtimatione eſt apud homines n. 1. Jurisdictionis ampliſſimum obti- netur à D E O ſupra omnes res creatas rationis compotes. p. 1. c. 22. n. 3. Imò etiam ſuprā ir- rationales. n. 4. Unde nullam proprie ipſis vim infert, quando non ſinit eas operari juxta naturæ ſuæ iſtinctum. n. 5. Denique ſupra etiam non- dum exiſtentes, quæ ex nihilo ipſi evocantī obedi- unt. n. 7. Hoc porro dominium intimum ipſi eſt, quia in naturæ ipſius exiſtentia fundatum. n. 8. ideb-

INDEX

ideoque etiam perpetuum. n. 9. Præterea con-
venit DEO absolutissimum Proprietatis dominium
supra quævis entia creata. n. 10. tum quia ipse
illa ex nihilo condidit. n. 11. tum quia assidue
sustentat, nè in nihilum relabuntur. n. 12. 13. tum
quia est eorum ultimus finis. n. 14. Ex quo tam
absoluto ejus dominio infertur, non posse ipsum
cuiquam obstringi nexu propriæ justitiae. n. 15.
Infertur præterea, quām præ illius dominatu con-
temnenda sint omnia Regum terrenorum imperia;
cūm hi & tanto paucioribus subditis præsint. n. 6.
16. & tanto minus potestatis super eos habeant.
n. 17. & hæc potestas advenitia illius sit. 18. & in-
digeant iis, quibus imperant. n. 19. nec dominio
suo queant, nisi ad paucos annos potiri. n. 20.
Infertur demum, quanta esse debeat nostra erga
tantum Dominum reverentia. n. 21. quām admir-
abilis sit paterna illius in nobis regendis benigni-
tas. n. 22. quāmque prompti esse debeamus ad ex-
equenda, quæcunque fieri à nobis jubet, & appro-
banda, quæcunque de nobis decernit. n. 23.
Drimachus, latronum dux amicum inducit, ad præ-
cidendum sibi caput, quo mercedem pro eo pa-
clam à magistratu referat. p. 3. c. 2. n. 5.
Dubia de suo in grave peccatum lapsu, consultius fa-
cient, qui divinæ charitati student, si tanquam
vana è mente abigant. p. 2. c. II. n. 15. 16. 17.

Du-

R E R U M.

Dubia, & timores eorundem, circa præsentem suum amicitiæ, vel inimicitiæ cum DEO statum, neque iis profunt. p. 2. c. 11. n. 3. 4. 5. 6. 7. neque satis fundamenti habent, quo niantur. n. 8. usque ad 18. Unde curandum est, ut hæc quoque parvi faciant, & vacuo ab iis animo sint. n. 18. 19.

E.

Ecstasæ, visionesque, num à servis DEI amari, an vitari debeant. p. 3. c. 31. n. 19. Quæ authorem DEUM habent, differunt ab iis, quarum dæmon causa est. c. 32. n. 6. Non esset repudianda utilitas, quæ ab hisce posterioribus proveniret. Ibid. S. Elisabeth in eventu humanitus adverso hymnum Eucharisticum D E O cani curat. p. 1. c. 25. n. 10.

Ephori Spartanorum Magistratus initio sui muneris nihil priùs edicebant, quam ut cives barbam raderent. p. 3. c. 24. n. 15.

S. Ephrem quo pacto meretricem, à qua tentatus fuera, ad turpis suæ vitæ pœnitentiam converterit. p. 2. c. 17. n. 3.

Error circa objecta singularia levissimum est mentis malum, & sæpe homini utilis. p. 3. c. 37. n. 7. Hujus periculo, nisi aliquid danni aliunde inter-

INDEX

veniat, potest quisque justis de causis, putà obedi-
entiae, humilitatis, & charitatis se prudenter
objicere. Ibid.

Esse, vel Qui est, nomen præcipuum, & propriissi-
mum DEI. p. 1. c. 18. n. 1. Absolutas omnes illi-
us perfectiones, veluti esse increatum, necessari-
um, æternum, infinitum, immutabile, notione
sua includit, atque exprimit. n. 2. usque ad 9.
Neque solum convenit DEO appellari propriis, Qui
est; verum etiam appellari, Qui solum est: cùm res
creatæ præ ipso similiores nihilo, quàm entibus
sint. n. 12. 13.

Eucharistiæ cultus. V. Christus.

Euclides capitis periculo se exponit, audiendi Socra-
tis gratiâ. p. 1. c. 3. n. 8.

Eudoxus, dummodo contemplari solem propriùs lice-
at, non recusat ab eo in cineres redigi. p. 1. c. 1.
n. 4.

Eumenes Asiæ Rex, quàm amabile subditis imperi-
um suum redderet. p. 2. c. 3. n. 8.

Examen conscientiæ, quo paæo instituendum meri-
die, ac vespere. A. c. 8. n. 12. Utile est, per di-
em pluries illud repetere. p. 2. c. 30. n. 7. Saltèm
post singula opera. A. c. 8. n. 10. 11.

Exempla sanctorum virorum, non tam certa bene, &
meliùs operandi sunt norma, quàm ratio. p. 2.
c. 14. n. 2. 4. Nonnulla eorum imitari esset a-
ni-

R E R U M.

nimam in grave discriminē conjicere. p. 3. c. 6.
n. 5. Quandonam tutō decerni ex iis posſit, quid
in agendo absolute rectum, aut etiam rectius sit.
p. 2. c. 14. n. 3. Virtutum magnam vim ha-
bent, incitandi ad imitationem. p. 2. c. 14. n. 3.
Si aliena sint à nostro instituto, laudanda potius
sunt, quam imitanda. n. 6. 7. Recta eorum,
inter quos vivimus, quando, quomodo, & cum
qua libertate animi sint imitanda. A. c. 4. n. 12.
Existentia DEI demonstratur. p. 1. c. 13. Quia si-
nè ente increato impossibile est esse ullum ens cre-
atum. n. 7. usque ad 19. Et absque ente necessa-
rio ullum ens contingens. n. 19. 20. 21. Quan-
ta debeat esse nostra humilitas coram DEO, quia
ille necessariò, & per se existit; nos verò contin-
genter, & alieno munere. n. 23. 24.

F.

Familiaritas cum DEO plena hilaritatis, & dulcis
fiduciae, usurpanda ab iis est, qui divino amori o-
peram navant. p. 2. c. 9. quia DEO grata est.
n. 1. 2. 3. & nobis admodum utilis. n. 4. 5. Qua-
re nequaquam debemus abstinere ab ea præsentis
nostræ imperfectionis respectu, sed uti illâ potius,
consequendæ per eam majoris perfectiouis causâ.
n. 6. 7. 8. Itâ tamen, ut nè interim oblisca-

INDEX

in ur nostra indignitatis, & reverentia ipsi debite. n. 6. 9. Ad eam vero concipiendam, necesse est ab animo excludere falsas quasdam imaginatio- nes de DEO, tanquam natura iracundo, & se- vero: imò prorsus contrariam de summa illius be- nignitate speciem in mente formare: repre- sentando illum nobis, tanquam propensissimum ad amicam cum hominibus consuetudinem, nescium iracundiae, atque odii formalis adversus peccan- tes, facillimum ad condonandas suas offensas, patientissimum in quotidianis suorum servorum delictis ferendis, amantisimumque erga nos, qui- buscunque reconciliatus est, perinde quasi nun- quam in infensus fuisse. n. 2. 3. & sequ. Ne- cesse item est ejusdem finis gratia, ut, qui divina consuetudini jam aliquamdiu studet, vanos de suae animae statu timores a se abigat, credens juxta rationes sat solidas, quae id persuadent, ami- cum se in praesens DEI esse. c. 11. & firmiter confidens, talem porro usque ad obitum fore. c. 12. Neque ad praeclaram illius familiaritatem debili- tandam valent, seu reverentia, & submissio, qua versari cum DEO debet. c. 13. n. 2. 3. 4. 5. sive commendatus adeò in sacris Literis sanctissimus timor. n. 6. 7. 8. 9. 10. Seu memoria, & dolor cri- minum, quae in superiori vita patravit. n. 11. 12. 13. Seu exempla hominum, alioquin sanctitate

110

R E R U M .

in signum, qui contrario humilis timoris tramite
in DEI famulatu noluerunt gradi. c. 14.

Familiae in Africa, quæ occulto quasi fascino inficie-
bant, quidquid laudarent. p. 3. c. 29. n. 11.

Fides Christiana, quantò plus de rebus divinis reve-
let, quām totius vitæ suæ studio assecuti sint do-
ciliissimi quique Ethnicorum, inferiores hac in
parte pueris nostratibus, Christiana Cathechesi
imbutis. p. 1. c. 16. n. 6.

Fiducia in DEO, si desit nostris precibus, indignas red-
dit, quæ exaudiantur à DEO, utpote ipsi injurio-
fas. p. 1. c. 5. n. 7. 8. 9. 10. Quām validas
rationes habeamus, eam concipiendi firmissimam.

p. 2. c. 12. n. 2. 3. 4. 5. 6. Est via certissima
obtinendi à DEO quævis dona. n. 7. 11. 12. 14.

15. 21. Debet omni studio excitari, & foveri,
neque reprehendi ab ullo potest quasi nimia. n. 8.

9. 15. Commendatur valde in sacris Literis,
neque contraria illi sunt alia earundem loca, quæ
nos ad timorem hortantur. n. 12. 13. Ea freti,
debemus hilari animo ire ad DEI judicium. c. 23.

n. 12. 13. 15. Et pro certo credere, DEUM no-
bis opem laturum contra assultus dæmonis. n. 6.

7. Quām firma illa, & immobilis esse debeat. c.
29. n. 7. c. 31. n. 2. 3. 4. 5. 6. Fiducia quo-
rumdam DEI servorum in petendis à DEO extra-

ordinariis muneribus: idque non ritu supplican-

INDEX

tiūm, sed instar hominis, qui rem debitam exigit. p. 2. c. 31. n. 7. 8. Quæ tamen fiducia haberi ab eo nequit, qui plenissimum sui, & rerum suarum omnium arbitrium DEO non permittit. n. 9.

Filius Crœsi Regis naturā mutus lingue vincula subito abrumpit, ut patri voce succurrat. p. 2. c. 26. n. 8.

Fons Ammonis fervidior media nocte, quam meridiē. p. 3. c. 31. n. 2.

S. Franciscus Borgia ningente cælo solebat DEU M sibi repræfencare, tanquam illa nive se respengentem. p. 2. c. 33. n. 8.

S. Fulgentius, morbo ex nimia abstinentia contracto, non ideo hujus rigorem minuit. p. 3. c. 6. n. 10. Futuri temporis longitudo non intuenda in studio perfectionis, sed de solo præsenti cogitandum. V. Vita spiritualis.

G.

Gaudium, quod Cælites ex DEI visione percipiunt. quantò sit omni alio superius. p. 1. c. 29. n. 2. &c. p. 2. c. 5. n. 4. usque ad 11. Gemini sonores, unde profuit, sunt pulchritudo, & beatitudine DEI. p. 2. c. 5. n. 11. 12. Vel unicus illius gradus ulterior, quanti estimaretur à S. Teresa. n. 13.

R E R U M .

n. 13. *Quos affectus excitare in nobis ejus consideratio, & justa estimatio debeat. n. 13. & sequ.*

V. Visio DE 1.

Gaudium. V. Lætitia.

Generositas, & promptitudo animi quam sit necessaria ad spiritualem profectionem. p. 3. c. 1. n. 11.

Geometricæ scientia dicta per jocum ab Arcesilao involâsse in os Hipponici, dum is oscitaret. p. 1. c. 5. n. 6.

Georgius Alvarus, quam esset intrepidus, in redarguendis, & penè cogendis ad pænitentiam peccantibus. p. 2. c. 26. n. 8.

S. Gertrudis, solita hilariter necessaria vitæ subsidia corpori suo præstare, tanquam si ea alicui mendicco præstaret. p. 3. c. 17. n. 13.

Gloria cœlestis. V. Gaudium.

Gloria DEI est idem, ac bonum nostrum. Quod Deus pro fine suorum operum illam habeat, perinde est, ac si dicatur pro eorum fine nostrum bonum habere. p. 1. c. 25. n. 5. 6. 7.

Gloria DEI. V. Zelus gloriae divinae.

Gloria, & estimatio hominum conuenienda, quia inanis, quia incerta, & deficiens, & quia semper curis, & perturbationibus scattens. p. 3. c. 19. n. 7. 8. 9. Amatur, quia nostram de nobis præclaram opinionem confirmat c. 28. n. 2. 6. Quam ejus amor sit noxius, & repugnans amori

INDEX

divina. n. 8. 9. Quibus uti modis debeamus ad hunc ex animis nostris extirpandum. c. 29. A. 6. 4. n. 5. Vide Humilitas,

H.

Hipparchia maritum eligit Cratetem, ob ejus, licet pauperis, & deformis, sapientiam. p. 1. c. 27. n. 8.

Hipscratia uxor Mithridatis, ejusdémque comes asidua in omnibus bellis. p. 3. c. 2. n. 5.

Homicida, quocunque eat, occisi à se hominis spectrum præsens habet, ab eoque repeti sibi audit: cur me occidisti? p. 2. c. 27. n. 6.

Homines, quantumcunque eximis dotibus prædicti: plus miserationis ob ærumnosam suam sortem, quam invidiae, & admirationis merentur. p. 2. c. 19. n. 3.

Honor apud homines. V. Gloria, & estimatio hominum.

Humilitas. Ejus laudes. p. 3. c. 26. n. 5. Est virtus propria Christi, & ignota ethnicis. Ib. In quo propriè consistat. n. 4. Cavendum in ea à uiniestate, & quænam hæc sit. n. 5. 6. Actus illius proprii sunt, omnem nostri apud nos estimacionem odisse. n. 7. & consequenter mentem avertere ab iis nostris dotibus, unde illa solet exci-

R E R U M .

pari. n. 8. Vel easdem concipere , ut admodum
exiguas. n. 9. & super omnia intueri illas , ceu
aliquid non nostrum , sed DEI: quales rever
sunt, & quales si à nobis concipientur , nullam po
terunt nostri estimationem apud nos excitare. n.
10. usque ad 16. & p. I. c. 13. n. 24. quamvis
eas cognoscere practice ut tales , non nisi pauco
rum sit. p. 3 c. 26. n. 16. Impellit præterea hu
